1388. Ex Ms: Arch: Metrices Rni.

225.

67

Privilegium super Juribus Nobilium Regni Poloniæ Vladislai Jagielli Regis Poll.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Reverâ clementiâ Salvatoris humani generis imbecillitati quæ plerumq̃ decursu temporis et oblivionis errore confunditur, industriosum indidit remedium, ut actus suos et signanter perpetuitatem concernentem consuevit literarum apicibus perennari. Proinde Nos Vladislaus Dei Gratiâ Rex Poloniæ, nec non terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lancitiæ, Cuiaviæ, Lithvaniæ Princeps, Supremus Pomeraniæ, Russiæque Dominus et hæres. Significamus quod ad Regnum nostrum Poloniæ ipsiusq̃ incolarum statum commodosum, salubrem, et perfectum pio sinceræ mentis affectu, quemadmodum ex assumpto dignitatis debito tenemur officii sollicite aspirandi Regni nostri Poloniæ prædicti, et eius incolarum, imo communi bono, qd privato preferendum est in omnibus suadente ac etiam deposcente, articulos infracriptos maternô super eisdẽ habitô consiliô et tractatu, volumus, et decernentes, promittimus firmiter et irrefragabiliter temporibus perpetuis observare ac etiam observari. Et primô qd universas et singulas ædes sacras seu Ecclesiasticas in omnibus earum iuribus et libertatibus, quibus temporibus dominorum prædecessorum Nostrorum Poloniæ Regum fruebantur, volumus omnimodè observari, dignitates

dignitates seculares terrarum Regni aequo modo circa
iura sua et consuetudines ipsarumque et quas tempori-
bus Serenissimorum principum Dominorum Casimiri
et Ludovici Regum Polonie obtinebant, dimittemus
persistere penitus et manere. Quas quidem dignitates, cu
eas quodammodo vacare contigerit, nulli extraneo terri-
gene nisi nobili bene merito illius terre, in qua digni-
tas sive honor vacaverit, terre videlicet Cracovien ter-
rigenis Cracovien, Sendomirien terrigenis Sendomirien &
et sic de singulis terris Regni Nostri dabimus, seu quo-
modolibet conferemus. Super quibus etiam dignitatib⁹
Secularib⁹ et Ecclesiasticis literas expectantiales nulli
persone dabimus in futurum. Cumq⁹ per tenutarios for-
taliciorum et castrorum aliene gentis et extranee na-
cionis regnum in se et suis partibus crebriùs periclita-
ri contingit, pro eo et ex eo nulli ducum de ducali
genere descendenti seu extraneo cuipiam aliquod fortali-
tium, castrum, civitatem, ad regendum pro tempore vel
in evum obtinendum dabimus, assignabimus, aut quomo-
dolibet conferemus. Nec etiam aliquem talium in Capi-
taneum aut tenutarium terre alicuius, aut terrarum re-
gni nostri prefficere volumus. Etiam subrogare bellum
promittimus insuper et spondemus, qd dum ad requisitionē
nostram Nobiles Regni nostri extra metas eiusd⁹ regni ad
expellendam hostium sevitiam transitum facere contigerit
ipsis satisfactionem condignam pro captivitate ceteris que da-
mnis

damnis notabilibus faciemus. Metas verò seu gravitates Regni Polonie predicti nobiles ab inanu et insultu emulorum et hostium propriis damnis et sumptibg tenari et defendere debent, et omnimodè teneantur. In casu verò, quo aliquis cumulus regni nostri, quocumque modò Regnum ipsum intraverit, et cum eodem conflictum intra metas ipsius Regni terrigenas nostros facere contigerit, iisdem terrigenis pro captivitate dunta xat. Si verò extra metas ipsum fieri contigerit, tunc et pro damnis, si que quod abuit, incurrerint, et qd captivitate, satisfactione condignam impendemus. Captivos autem quoslibet, quos extra metas et intra regni predicti per nostros terrigenas capi contigerit, qua depredatione per eosdem captivos nobis faciendo retinere volumg penitus et habere, promittimus etiam qd si tempore et necessitate urgente in spem alicuius expeditionis futurorum hostium et emulorum insultus et hostilitates facientes, terrigenis nostris pecunias videlicet quinq marcas super hastam quamlibet dare et distribuere nos contigerit. Casu verò seu successu temporis offerendum infra spatium duorum annorum post Distributionem pecuniarum sic ut premittitur factam, ad expeditionem non processerimus, extunc iidem terrigene ab huiusmodi pecuniis et à servitiis ratione predictarum pecuniarum faciendi eruent soluti penitus et exempti. Si autem infra decursum eorundem duorum annorum

ad

ad expeditionem cum eisdem terrigenis nostris tran-
situm fecerimus, et extra metas regni nostri pra-
dicti processerimus, extunc prædicti terrigenæ ab
eisdem pecuniis et à servitiis prætextu eorundē
similiter sint soluti. Absolvimus insuper et per-
petuò liberamus omnes et singulos omnium no-
strorum terrigenarum Cmethones ab omnibus so-
lutionibus, contributionibus, exactionibus, dationi-
bus sep dantes vulgariter, præterquam duos gros-
sos, quos quilibet Cmetho prædictorum terrige-
narum, de quolibet lanco possesso sculteto, ser-
vitoribus ac etiam molendinatoribus, taberneto-
ribus, et hostulanis agros non colentibus dunta-
xat exceptis singulis annis in futurum à festo
S. Michaëlis Archangeli usq ad diem S. Nico-
lai nobis solvere sit adstrictus. Ad quos quid-
dues grossos alias Serenissimo Principi Ludovi-
co Regi Hungariæ et Poloniæ solvendos se
liberi submiserunt. Quodsi infra prefixum termi-
num nobis aliqua villa pecuniam huiusmodi sol-
vere neglexerit, extunc exactor noster, quem pro tol-
lenda eadem exactione non solutionis absque spe
restitutionis habebit recipiendi omnimodam faul-
tatem. Si verò infra 15. dies post eiusdem bonis re-
ceptionem eadem villa et quævis alia dictam pecu-
niam non solverit, extunc idem exactor noster duas

bovas

boves consimili modô sine spe restitutionis recipiat, pœnam eandem continuans duabus septimanis iterando, quousque prædicta pecunia de eadem villa fuerit integraliter persoluta. Memoratus etiam exactor prædictarum pecuniarum prætextu notæ qd napisne dicitur, nihil exigat, neque tollat. Cæterum si in aliqua terra Regni Nri prædicti Justitiarum aliquem communicato baronum nostrorum consilio constituere nos contingat, idem Justitiarius recipiendi quartas vel quamcumq exactionem, seu excogitatam pecuniam, quæ opracone dicitur super Cmethones nullam habebit potestatem. Item idem Justitiarius nullam habebit facultatem quempiam iudicandi præterquam furem cum rebus furtivis notoriè deprehensum, vel in foribus furem publicè proclamatum, quem iustitiæ debitum exequendo, pœna capitis venire debet; cuius furis medietatē bonorum pro se recipiat, et aliam medietatem pro furis uxore vel ipsius pueris aut affinibus relinquat. Præterea promittimus singulos articulos et clausulas in privilegiis Serenissimor Principum Dominorum Casimiri Ludovici Regum Poloniæ nostrorum prædecessum contentos præsertim commodū et profectum Rni Nri Poloniæ sæpe fati et ipsiq incolarum concernen firmiter et inviolabiliter perpetuis temporibus observare. Postremò pollicemur qd nullas

stationes

stationes in villis nobilium Nostrorum faciemus. Si autem casualiter opportunitate nos agente Stationem in villis alicuius vel aliquorum nostrorum nobilium nos facere contigerit, extunc nil vi vel penuria recipi faciemus, vel quomodolibet permittemus, imo quæque necessaria pro omnibus nostris pecuniis propriis volumus comparare. Harum nostrarũ, quas appensione maioris sigilli Nostri communiri fecimus testimonio literarum. Actum in Piotrków Sabbatho ante Dominicam Oculi Annô Domini Millesimô Trecentesimô Octuagesimô Octavô.